runt oculi mei: salutare tuum. Quod
parasti ante faciem: omnium populorum
Lumen ad revelationem gentium: et
gloriam plebis tue israel. fides cath

Quicumque vult salvus esse: ante
omnia opus est: ut teneat ca-
tholicam fidem. Quam nisi quisque
integram inviolatamque servaverit:
absque dubio in eternum peribit. Fides
autem catholica hec est ut unum deum in
trinitate et trinitatem in unitate ve-
neremur. Neque confundentes perso-
nas: neque substantiam separantes.
Alia est enim persona patris: alia filii
alia spiritus sancti. Sed patris et filii et
spiritus sancti: una est divinitas equalis gloria
coeterna maiestas. Qualis pater talis
filius: talis et spiritus sanctus. Increatus pater
increatus filius: increatus spiritus sanctus. Im-
mensus pater immensus filius immensus
spiritus sanctus. Eternus pater eternus filius: eternus
spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni: sed unus

eternus Sicut non tres increati nec
tres immensi: sed unus increatus et unus
immensus Similiter omnipotens pater
omnipotens filius omnipotens et spiritus sanctus
Et tamen non tres omnipotentes sed
unus omnipotens Ita deus pater deus filius deus
et spiritus sanctus Et tamen non tres dii sed
unus est deus Ita dominus pater dominus filius
dominus spiritus sanctus Et tamen non tres domini: sed
unus est dominus Quia sicut singillatim
unamquamque personam deum aut dominum con
fiteri christiana veritate compellimur:
ita tres deos aut dominos dicere catho
lica religione prohibemur Pater a nullo
est factus: nec creatus nec genitus Fi
lius a patre solo est non factus. nec
creatus sed genitus Spiritus sanctus a patre et
filio non factus: nec creatus nec ge
nitus sed procedens. Unus ergo pater non tres
patres: unus filius non tres filii: unus
spiritus sanctus non tres spiritus sancti Et in hac trini
tate nichil prius aut posterius: nichil

maius aut minus sed tote tres per
sone coeterne sibi sunt et coequales.
Ita ut per omnia sicut iam supra dictum
est et unitas in trinitate et trinitas in
unitate ueneranda sit. Qui uult
ergo saluus esse: ita de trinitate sen
ciat. Sed necessarium est ad eternam
salutem: ut incarnationem quoque domini
nostri ihesu xpisti: unusquisque fideliter
credat. Est ergo fides recta ut cre
damus et confiteamur quia dominus noster ihesus
xpistus dei filius deus et homo est. Deus est
ex substantia patris ante secula geni
tus: et homo est ex substantia matris
in seculo natus. Perfectus deus perfectus
homo ex anima rationali et huma
na carne subsistens. Equalis patri
secundum diuinitatem: minor patre secundum
humanitatem. Qui licet deus sit et ho
mo non duo tamen: sed unus est xpistus.
Unus autem non conuersione diuinitatis
in carnem: sed assumptione huma

nitatis in deo. V̄n omnino n̄ cōfu
sione substantie: s; unitate psone.
Nam sicut anima rationalis et caro
unus ē homo ita ds̄: et homo unꝰ ē
xp̄c. Qui passus ē p salute nr̄a/ des
cendit ad inferos: tertia die resur
rexit a mortuis. Ascendit ad celos
sedet ad dexteram dī patris omīpotē
tis: inde venturus ē iudicare uiuos
et mortuos. Ad cuiꝰ aduentū oms
homines resurgere habent cū cor
poribꝫ suis et reddituri sunt de fac
tis ppriis rationē. Et qui bona ege
runt ibunt in uitā eťnam: q̄ uero
mala in ignē eťnum. Hec ē fides
catholica quam nisi quisq; fidelit̄
firmitq; crediderit: saluus esse n̄
poterit. Letania
Kyrieleyson. Xp̄eleyson. Xp̄e
audi nos. Saluator mūdi
adiuua nos. Sc̄a Maria ora pro
nobis. Sc̄e Michael or. Sc̄e Rapha